



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Aliud Exercit. 65.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

Gratiarum actio.

GRatias referemus Deo pro hoc beneficio, quo continuè nos afficit.

Confusio.

Pudore suffundemur coram diuina maiestate, considerando ingratitudinem & negligentiam nostram qua seruiamus Deo, incessanter nobis benefacienti.

Petitio.

Postulabimus à Deo, vt nos semper oculis misericordiæ respiciat, vt quemadmodum per illius misericordiam esse & vitam obtinemus, ita per eandem maiestati suæ grati & accepti reddamus.

Oblatio.

Offeremus Deo esse, vitam, & omnia quæ sumus & habemus; ad omnia hæc in seruitio ipsius impendenda: quia cuncta ipsius sunt.

Aliud Exercitium 65.

Psalm. 29. Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendētibus in lacum.

cum.

e

Psalm

Psalm. 85. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in eternum. Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Psalm. 93. Nisi quia Dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea.

Consideratio.

Considerabimus omnib. ferè momentis Deum ab inferno nos liberare, quia si voluntati inimicorum nostrorum nos permitteret, singulis momentis peccare possemus, & propter peccata iustè ad inferni pœnam condemnari.

Gratiarum actio.

Gratias agemus Deo ex toto corde pro hoc tam insigni beneficio.

Confusio..

Pudore suffundemur, considerando naturæ nostræ vitiatæ propensionem ad malum, quæ nos semper bonis abstrahit, & ad mala incitat.

Petitio.

tra aut derelinquat, quandoquidem
videt magnā esse nostrā necessitatē,
qua animæ nostræ ipsius egēt prote-
ctione atq; auxilio: dicemusque cum
Propheta David. Dilatauerunt super
me os suū, dixerunt euge euge vide-
rūt oculi nostri; vidisti Domine ne
fileas Domine ne discedas à me.

Oblatio.

Offeremus Domino omnia bona
desideria, sanctas cogitationes
iustorum in terra existentium, & om-
nia bona quæ ad honorē diuinæ ma-
iestatis per totum terrarum orbem
fiunt: laudes etiā quibus beatorū ani-
mæ in cœlis ipsum concelebrant.

ALIVD.

Exercitium 66.

*Iob 13. Obseruasti semitas meas, & vesti-
gia pedum meorum considerasti.*

*Psal. 118. Omnes viae meae in conspectu tuo
Domine.*

Psal. 43. Ipse enim nouit abscondita cordis.

Consideratio.

Considerabimus: oculos Domini
cōtinuē nō nos intētos esse; &